AD ORGANI-STAS.

QVæ in prima parte obſervatu neceſſaria, eadem etiam in hâc & ſubſequentibus partibus obſerventur. Quod etiam plerunque tactus ſinguli in ſingula tempora diſtributi, neque notulæ vel puncta in ſyncopationibus more, in partiturâ Jtalicâ conſueto, à ſe invicem divelluntur, conſultò factum, in gratiam potiſsimum Germanorum Organiſtarum, periti artifices Philomuſi norunt quid velim. Omnia enim facilimo negocio in partituram communem Alphabetariam Germanis uſitatam tranſponi poterunt, potuiſſem quidem ad modum infra poſitum ponere: ſed ob rationes allatas nolui.